

el maxime loculi [1], illi interierunt Cypriani oitis ex milles intercede securis
Siccaconium. De consilio Iudeo de situatio punicis Autoclysi et Iudei
Quando imperator Romanorum, rex Francie et rex Anglie, archiepiscopus Raven-
nas, archiepiscopus Pisanus, episcopus Veronensis ad Terram recuperandam
sanctissimam perrexerunt.

CAP. CII.

Postquam autem multorum relatione, Romanus pontifex [A] haec omnia didicit,
omnibus orthodoxie fidei cultoribus scribere procuravit, hortans, et in remissionem
omnium peccatorum injungens, ut Terrae sanctissimae succurrere quam cipius labo-
rent; ad cuius admonitionem [a] et aliorum prædicationem imperator Romanus (84),
rex Francie, rex Anglie, archiepiscopus Ravennas, archiepiscopus Pisanus, epi-
scopus Veronensis, Crucis signum sancte levantes, et alia bene ducenta milia Chri-
stianorum, licet non uno tempore, transfretaverunt. Cum autem civitas Tyri multitu-
dinem Christianorum capere non valuisse, ipsi cum cautela civitate relicta, Acri fere
per biennium (85) obsederunt. Quos quidem Saladinus semper obsidere non destitit,
habens secum l milia equitum [b] et ccc milia peditum [c].

Quando imperator Fredericus perrexit ad Terram
sanctam recuperandam.

CAP. CIII.

Anno igitur Domini MCLXXXVIII, commendato imperio Henrico suo filio, in mense Aprili, in die sancti Georgii ad predictam Terram recuperandam imperator iter incepit, Apr. 23.
ducens secum triginta milia equitum, et sexaginta milia peditum. Perrexit ergo per Hungariam, Rossiam [d], Commeniam [e], Blachiam, Dragontiam [f], Romaniam, Turchiam [g]. In his [g] itaque regnis omnibus, cum feris et barbaris nationibus infinita et maxima commisit prælia. Cum autem per gratiam Dei jam esset in principatu Antiochiae, quasi in portu salutis, ut suo placuit Creatori, in fluvio qui dicitur Ferrum (86), sanctissimam Omnipotenti Deo reddidit animam. Post cujus finem glorirosum Conradus [h] ejus filius, dux Suavie, partem exiguum exercitus quæ remanerat [i] ducere coepit; perierat enim major pars totalis et magni exercitus in de-
sertis magnis et asperis, in præliis multis et maximis, in locorum multorum captione.

[a] ad cuius admonitionem. Sic lego cum C. V.; ad cuius ammonitionem, C. M. — [b] secum l milia equitum, C. M.; secum quinquaginta milia equitum, C. V. — [c] et ccc milia peditum, C. M.; et trecentum milia, C. V. — [d] Rossiam. Sic C. V.; Rosiam, C. M.; an legendum Russiam? — [e] Commeniam. Sic C. M.; Comminiam, C. V. — [f] Blachiam, Dragontiam, C. M. In C. V., Dorentiam — [g] In his. Sic lego. In C. M., in hiis. — [h] Conradus. Sic C. M.; Curadus, C. V. — [i] Quae remanerat, C. V.; qui remanerat, C. M., ex recensione Cl. Mitt.

[A] Anno 1188, pontifex Romanus erat Clemens III. [C] Hoc accidit dies VIII Junii anni 1188, sicut I.